



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt omnis presbyter parochianis suis Symbolum & Orationem dominicam  
insinuet. Ixii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC DE

*Quod in primis prædicandum sit, qualiter cre-  
dere debeant.* Cap. LX.

*Ex cōcil.  
Rotoma.  
cap. 1.* **N** primis prædicandum est omnibus generaliter, credant patrem, & filium, & spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam deitatem, & substatiā, & maiestatē in tribus personis patris, & filij, & spiritus sancti.

*De eadem re.* Cap. LX.

*Ex eodē,  
cap. 2.* **T**EM prædicandum est, quomodo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto, & Maria virgine, pro salute generis humani passus, se pultus, tertia die resurrexit, cœlum ascendit, in fine mundi veniēs iudicare omnes homines secundum opera propria: quomodo impii cum diabolo in ignem aeternum mittentur, iusti cum Christo in vita aeterna erunt.

*De eadem re.* Cap. LXI.

*Ex eodē,  
cap. 3.* **T**em prædicandum est, quod omnes homines in propria carne resurgent.

*Vt omnis presbyter parochianis suis symbolum, & oratio-  
nem dominicā insinuet.* Cap. LXII.

*Ex cōcil.  
Remensi,  
cap. 8.* **V**ut omnis presbyter omnibus parochianis suis Symbolum & Orationem dominicam, aut ipse insinuat, aut aliis insinuandum iniungat, & quum ad confessionem tempore Quadragesimali veniunt, haec ab unoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi haec ex corde pronunciarit. Siquidem sine horum scientia nullus saluus efficerit. In uno enim fides & credulitas Christiana continetur: in alio quid orare & petere a Deo debeamus, exprimitur. Quod sine fide nemo possit esse saluus, dominus ostendit, quum dicit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Nullus autem credere potest quod nescit, ne audiuit. Ait enim Paulus: Quomodo credent ei, que non audierunt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enunciatur, ut idem Apostolus testis est: Corde enim inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad latēm. Nullus autem de stoliditate sensus, vel tenuitate ingenij causetur: quia haec tam parua sunt, ut nemo tam he-

bes & barbarus sit, qui hoc discere, & verbis communibus pronunciare non possit: tam magna, ut qui horū sciētiā pleniter capere potuerit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam. Illud etiam obseruandum, ut nullus suscipiat infaatem in baptismo à sacro fonte, antequam idem Symbolum & Orationem dominicam coram presbytero decantet. Et tunc presbyter omnibus patrinis annunciet, quod debitores sint suis filiolis, quum ad intelligibilem ætatem venerint, hæc eadem insinuare.

De eadem re.

Cap. LXIII.

**I**V BENDVM est, vt Oratio dominica, in qua omnia *Ex cōcil.* necessaria humanæ vitæ comprehenduntur: & Symbolum apostolorum, in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam Latinè, quam Barbaricè, ut quod ore profitentur, corde credatur, & intelligatur.

De dilectione Dei & proximi.

Cap. LXIII.

**I**TEM prædicandum est de dilectione Dei & proximi, *Ex eodē,* de fide, & spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, ut fratribus ex corde remittatur. *Qui hæc & similia agunt, regnum Dei consequentur.*

De criminibus, quibus homines cum diabolo

deputantur.

Cap. LXV.

**I**TEM prædicandum est, pro quibus criminibus homines cum diabolo deputantur, quæ Apostolus sic enumen- *Ex eodē,* rat: Fornicatio, immunditia, luxuria, idolatria, feruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia, ebrietates, cōmestationes, & his similia. *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur:* & ideo hæc cum omni studio prohibeātur.

Ut de auditorio nullus egrediatur, sacerdote  
verbum faciente.

Cap. LXVI.

**S**A CERDOTE in Ecclesia verbum faciente, qui e- *Ex cōcil.* gressus de auditorio fuerit, sine graui necessitate, ex- *Cartha-* communicetur.

*gi. ca. 24.*

H ii